Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045965

Kreis Steinfurt S 186

1268 (1267) März 25 Dortmund.

Ritter Gerhard v. Hörde gibt ſeine Zuſtimmung zu dem Verkauſe der Erben Richter und Iber zu Poppenbeck im Kſpl. Havixbeck.

Gerhardus miles de Hurden universis Christi fidelibus presens scriptum visuris tenore presentium protestor, quod ego et pueri mei ratam habemus emptionem duarum domorum in Popenbeke, quarum una dicitur Iudicis domus, altera Ibinc, quas magister et fratres in Stenworde erga fratrem meum Bernardum de Hurden comparaverunt, et consentimus in donatione proprietatis earundem domorum, quam predictis fratribus donavit, volentes, ut ab omni inpetitione nostra sint inmunes in perpetuum. Ut autem hoc firmum permaneat, presens scriptum sigillo meo feci communiri. Datum Tremonie, in die annunciacionis Marie, anno Domini M^{o}cc^{o}lx^{o}vii^{o}.

Orig. Siegel (Roſe). VIII. Rep. II. 1. b. 12. Nr. 2. Kopien im Kopiar B fol. 60 und A fol. 55; danach Regeſt Darpe, S. 16.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007